

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio secunda

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

Exercitatio Secunda.

17.

De gradu constitutivo, seu differentia
essentiali ac primaria essentia divina.

Ad Caput primum partis primae Tractatus
De Deo Uno et Trino num. 6. Tom. 2.

Quamquam haud pauci Doctores essentiam à natura distinguant, eo quod prius sit esse quam operari; operatio autem ad naturam non vero ad essentiam pertineat; existimamus tamen, quod haec distinctio ratiocinantis rationis duntaxat, non autem rationis ratiocinata numerari debeat: sicut eadem v.g. humanitas considerata ut dat esse homini, non exprimendo rationem operandi, appellatur essentia; et considerata ut dat posse operari appellatur natura. Unde quae hic de essentia dicuntur, etiam de natura sunt intelligenda.

18.

S.I.

Nonnulla ad praesentis quaestionis elucidationem praemittuntur.

Plura in Deo dari attributa seu praedicata quidditativa seu essentialia nemo Theologorum ambigit. 1º enim Deus est essentialiter substantia; quia est ens essentialiter per se subsistens. 2º Deus est essentialiter actus purus, eo quod excludat omnem potentialitatem. 3º Deus est essentialiter vita intellectiva; quia est tale ens, quod enigit essentialiter cognoscere omnia, quae cognosci possunt, quod sane est vivere intellectualiter. 4º Deus est essentialiter Spiritus, seu spiritualis; utpotè ab omni probris materia alienus. 5º Deus est essentialiter ens à se, non quidem positive seu effective, quasi nimirum se ipsum produceret, sed negative, in quantum sibi est diu negationem dependentiam ab alio quaerit hinc, quanam sit talis ratio, per quam intelligatur divina essentia primo constitui ac distingui ab omni alio.

Porro tres sunt magis perculgatae hae in re Scholae opinioniones. Prima pro huiusmodi ratione formali primo constitutiva essentia Dei adstruit intellectionem divinae naturae, quae dupliciter considerari potest, 1º pro ipsa vi seu facultate intelligendi. 2º pro ipsa actuali intellectione. Secunda sententia statuit infinitatem Dei pro ejusmodi constitutivo. Triplex autem distingui potest infinitas; materialis nempe, quae est complexio seu collectio omnium perfectionum; formalis, quae in hinc conceptu dicit carentiam omnis termini, siquae omnes divinas transcendit perfectiones, ac denique radicalis, quae est radix seu potius exigentia omnium perfectionum, quae in Deo formaliter reperiuntur. Tertia denique sententia assignat aevitatem omnimodam, seu independentiam, quae etiam tripliciter considerari potest; 1º pro independentia ab alio tanquam à

causa, 2^o. ab alio tanquam à principio; et 3^o. ab alio tanquam à radice seu fundamento. his ita manifestis modis exponenda nobis veniunt singularum harum opinionum seu sententiarum Argumenta eorumque Solutiones.

§. II.

20.

Proponuntur et resolvuntur Argumenta, quibus probatur divinam essentiam in intelligentia divina actuali primam esse constitutam.

Argumentum; ^{num} petitur ab auctoritate S. Thomae i. p. q. 14. a. 4. in 0. ubi sic loquitur: Sicut esse consequitur formam, ita intelligere sequitur speciem intelligibilem; in Deo autem non est forma, quae sit aliud, quam suum esse; unde, cum ipsa sua essentia sit etiam species intelligibilis, ex necessitate sequitur, quod ipsum ejus intelligere sit ejus essentia et ejus esse. Item ib. q. 16. a. 3. ad 2. ait: Deus est ita suum esse vivere, sicut est suum esse et suum intelligere. Denique ib. q. 14. a. 2. in 0. ait: In Deo intellectus et intellectum; id est, essentia divina; sunt idem omnibus modis.

Resp. ad. Mentem S. Thomae facile colligi posse ea i. ad Hanaibal. Disp. 35. q. 1. a. 2. ad 3. ubi ait: Sicut intelligere est idem esse cum essentia divina differens ratione, ita et velle. atque velle differt formaliter ab essentia. Ergo etiam intelligere; ac proinde intelligere divinum non est formalis ratio essentiae divinae. Itaque loquitur S. Doctor inter esse et intelligere duntaxat statuit identitatem realem, seu quae sit exclusiva distinctionis realis; non vero identitatem virtualem, seu quae sit exclusiva distinctionis virtualis: quod manifeste constat ex primo textu; nam cum ibi dicit intelligere sequi ad speciem intelligibilem, et rursus hujusmodi in Deo esse ipsam Dei essentiam, aperte indicat intelligere sequi ad essentiam divinam, atque adeo non esse formaliter ac primario ipsam essentiam divinam.

Proterea dici potest, quod S. Thomas loquitur. non loquitur de ipsa ratione formali constitutiva essentiae; ob id quoniam videtur praevisi secundum se tantum esse etiam ipsa ratio formalis; sed tantum de praedictis quidditatibus: certum enim est, quod esse, vivere et intelligere saltem radicaliter Deo quidditative conveniant; non enim haec à nobis concipiuntur per modum attributorum. At quodnam horum sit prima ratio formalis constitutiva essentiae divinae, per quam distinguitur ab omni alia, non definiunt hic S. Doctor. Ceterum haec voces, omnibus modis, in ultimo textu allatis, tantum dicitur esse exclusivam distinctionem actualem ante operationem intellectus tam realem quam formalem ex natura rei; ventiquam vero distinctionem virtualem saltem inadaequatam.

Inst. Prædicatum quidditativum pertinet ad rationem formalem
malem constitutivam alius rei. Atqui iusta concessa in-
telligere est prædicatum quidditativum divinitatis. Ergo p.

Resp. ad Dist. maj. Si simul sit distinctivum rei ab omni
alio, et ratio à priori ceterorum, quæ in illa reperiantur, con-
sistens, neg. maj. Nam etiam animalitas respectu hominis est
prædicatum essentialis; sed quia non est distinctivum et
ratio eorum, quæ ei intrinsicè conveniunt, id est neque ratio
formalis illius nuncupatur, sed sola rationalitas id nuncus sibi
vindicat. Atqui, ut postea dicitur, ipsum intelligere divi-
num non est distinctivum divinae essentia, neque ratio illius
attributorum, p. adeoque nec ejus ratio formalis constitu-
tiva dici potest aut debet.

P. 6 p. 17.

Argumentum 2. Dum ipsum intelligere actualiter est gradus 2i.
perfectissimus inter omnes gradus, qui ad constituendas natu-
ras concurrunt. Ergo et in ea sita est essentia divina; nam
illa consistit in prædicato seu attributo omnium perfectissi-
mo.

Resp. ad Tr. aut. neg. cons. Eius adjunctam rationem Dist.
consistit in prædicato omnium perfectissimo, quod primum
sit differentiale tam intra quam extra lineam vite intellec-
tive, cons. Solum extra lineam vite intellectiva, neg. Ipsum
ergo intelligere actualiter esse nequit ratio formalis seu pri-
mum differentiale divinae essentia; nam quamvis concedere-
tur, quod intelligere divinum sit id, per quod Deus differt à
naturâ non intellectivâ, non est tamen id, per quod differt
ab ipsis naturis, quæ sunt intra lineam vite intellectiva, ut
constat.

Namque dicatur, quod ipsum intelligere in Deo sit illimita-
tum et actualissimum, ac proinde ipsam naturam divinam
ab aliis naturis intellectivis etiam distinctam reddere. Nam
Contra est, quod intelligere divinum non ob aliam ratio-
nem sit illimitatum, nisi quia supponit asecitatem, seu quia
fluit ab essentia tanquam ab extra à se; at sic potius ipsa
aseitas erit ratio distinctiva ipsius divinae naturæ tam intra,
quam extra lineam vite intellectiva; non autem ipsa intel-
lectiva.

Inst. 1. Vivens perfectissimum necessario constituitur pri-
marie per ultimam actualitatem in lineâ vite intellec-
tive, cum alias hoc ipso non esset vivens perfectissimum. At-
qui ultima actualitas in lineâ vite intellectiva est ipsa vite
secunda intellectiva, seu ipsum actualissimum intelligere. Er-
go Vivens perfectissimum primario constituitur per ipsum
actualissimum intelligere. Subs. Atqui ipsa essentia divi-
na est vivens perfectissimum. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Vivens perfectissimum primario constituitur
per ultimam actualitatem, si simul sit prima ratio, quæ in
hujusmodi vivente concipiatur, et ab ea cetera flant, cons.

Secus, neg. maj. et Dist. min. Atque ultima actualitas in linea
vita intellectiva est ipsum actualissimum intelligere, et simul pri-
mum, quod in hujusmodi vivente concipitur, ceteraque ab eo flu-
unt, neg. aliter, conc. min. et neg. cons. Certe cum intellectio
actualis sit quaedam operatio, supponit principium seu facultatem
intelligendi, à qua egrediatur; ipsa vero facultas intelligendi hyp-
ponit naturam jam in suo esse constitutam; prius enim intelli-
gitur rem esse, quam facultate operandi eam esse institutam;
ex quo etiam datur intelligi cetera ab illa actuali intellectu-
ne nequaquam fluere posse.

Inst. 2^o. Nihil prius intelligitur dari in Deo, quam ejus vivere.
Atque ejus vivere est actu intelligere. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Nihil prius intelligitur dari in Deo, quam ejus
vivere sibi radicale ac primo differentiale ab omni alio, conc.
indubitatum, aut potius quod rationem attributi habeat, neg.
maj. et Dist. min. Atque ejus vivere radicale et primo differen-
tiale est ipsum actu intelligere, neg. indubitatum, conc.
min. et neg. cons. Deus igitur, cum non aliter vivat nisi ut
est à se, jam non intelligitur in suo primo differentiali con-
ceptu sine limitatione, nisi in ipsa divinitate, in qua radi-
catur ejus vita cum omnibus reliquis perfectionibus, que-
cumque intelliguntur dari in Deo.

Inst. 3^o. In Deo non datur alia vita nisi vita secunda.
Atque in entibus intellectivis vita secunda est actu intelli-
gere. Ergo p. Min. constat. Maj. autem ex eo liquet, quod in
Deo omnia sunt in actu. Unde subs. Atque vita est primum
in Deo. Ergo actu intelligere est id, quod intelligitur primum da-
ri in Deo.

Resp. neg. maj. nam licet in Deo omnia sunt in actu, suppo-
nunt tamen radicem seu rationem à priori, à qua fluant,
prout manifestum est de attributis. Et nunquid prius est
esse intellectum quam intellectionem? Supponit itaque
vita secunda vitam radicalem sine ulà tamen potentia-
litate.

Inst. 4^o. Vita radicalis est vita actualissima. Sed hujus-
modi vita est vita secunda. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Est vita actualissima, sicut excludens
omnem potentialitatem, conc. maj. Est vita actualissi-
ma, sic ut non fit ratio à priori intellectionis divina, neg.
maj. p. Actus enim vitalis, qualis est intellectio, debet
supponere suam radicem, à qua egrediatur.

Inst. 5^o. Vita radicalis disjuncta à vita secunda non est
perfectio simpliciter simplex; nam magis est esse consti-
tutum in actu viventi, quam tantum esse in potentia
ad illud.

Resp. Quod vita radicalis non ideo dicitur radicalis,
quasi non esset actus; sed tantum quia est ratio

à priori ipsius intellectiva operationis.

Argumentum 3^o trium. Idem est prima ratio formalis 22. essentia divina, quod Verbum divinum recipit vi sua processione. Atqui vi sua processione recipit actu intelligere. Ergo p. Maj. patet; quia Secunda persona SS. Trinitatis per id, quod à Patre recipit, ea vi sua processione constituitur Filius; non potest autem constitui Filius nisi per communicationem naturae. Ergo p. Min. etiam aperta est; nam Secunda persona procedit per modum Verbi, sed esse Verbi, immo sit terminus intellectionis, nihil aliud est quam intelligi, seu existere per ipsum intelligere. Ergo Secunda persona Trinitatis ex vi sua processione recipit ipsum intelligere.

Resp. ad 1^o. Iste argumentum, siquid probaret, certe probaret, quod ipsum actu velle et spirare sit primum differentiale divinae naturae. Sic enim formatur Argumentum: Idem est ratio formalis essentia divina, quod Spiritus S. vi sua processione recipit. Atqui Spiritus S. vi sua processione recipit ipsum actu spirare. Ergo p. Min. videtur evidens. Maj. probatur: Tertia persona per id, quod recipit à Patre et Filio vi sua processione, constituitur Spiritus S. Atqui non potest constitui Spiritus S. nisi per communicationem naturae; quemadmodum non potest constitui Filius, nisi per communicationem naturae. Ergo p.

Resp. 2^o. Dist. maj. Idem est prima ratio formalis essentia divina, quod Verbum divinum recipit vi sua processione tanquam predicatum quidditativum, aut potius attributi rationem habens, neg. tanquam predicatum primum differentiale, cons. maj. Atqui vi sua processione recipit ipsum actu intelligere tanquam predicatum quidditativum p. cons. min. tanquam primum differentiale, neg. min. et cons. Sicut igitur Spiritus S. vi sua processione recipiendo ipsum actu spirare non tamen recipit illud tanquam primum differentiale ipsius essentia divina, qua ei communicatur per mutuum Patris ac Filii amorem, ita neque Filius vi sua processione, licet recipiat ipsum actu intelligere, non tamen illud recipit tanquam primum differentiale essentia divina.

Iust. S. Thomas 1. p. q. 27. a. 2. probat processionem Verbi divini esse generationem; quia in Deo idem est esse et intelligere. Atqui haec ratio nihil concluderet, nisi ipsum intelligere esset virtualiter idem cum essentia divina; nam si intelligere solum identice sit idem cum essentia divina, palam fit, quod processio Spiritus sancti sit etiam generatio; quia etiam velle est idem identice cum essentia divina.

Ergo p.

Resp. neg. maj. Sicut quod S. Thomas ibidem probaverit processionem Verbi esse generationem, quia idem est esse et intelligere; sed potius ex eo, quod procedat per modum intelligibilis

fol. p. 82.

actionis, et secundum rationem similitudinis; quia conceptio intellectualis est similitudo rei intellecta. Nec refert, quod postea subdat: In Deo idem est intelligere et esse. Hoc quippe sicut, ut ostendebat, quod Verbum sit similitudo Patris non solum in esse intentionali. (Siquidem intellectus, saltem creatus, tantum petit assimilari objecto in esse intelligibili.) sed etiam in esse naturali et entitativo. Ad hanc autem similitudinem verificandam non requiritur, ut intelligens sit virtualiter esse divinum; sed sufficit, si sit cum eo realiter identificatum.

23. Argumentum 4^{um}. Si actualiter intelligere divinum non esse formalis ratione essentia divina, tunc idem; quia habet conceptus operationis est actus agentis ut ab hoc, virtualiter hypponens principium. Atqui hoc ratio non subsistit. Ergo p. Prob. min. Operatio egreditur ab agente per influxum actualem ipsius agentis. Atqui intellectio divina non egreditur à Deo intelligente per actualem influxum illius; influxus enim actualis in aliud hypponit principium influens per modum cause, quæ in Deo locum non habet. Ergo p.

Resp. Ad. neg. min. Ad ejus prob. Dist. min. Intellectio divina non egreditur per influxum actualem realem, p. conc. Virtualem, neg. min. Nam forma eodem modo egreditur intellectio ab ipsa essentia divina, quæ attributa divina, quæ quidem ab eâ realiter non dimanant, bene tamen virtualiter; unde fit, quod respectu eorum causa Dei nequeat, nisi causam quis late lumere velit, nempe pro ratione a priori, vel fundamento, p.

Inst. Ergo sic sequitur, quod intellectio divina conveniat esse ab alio. Atqui hoc repugnat; quia esse ab alio est caracter entis creati. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Intellectio divina conveniat esse ab alio tanquam principio per egressionem virtualem, conc. Realem, neg. maj. et Dist. min. Esse ab alio per egressionem realem est caracter entis creati, conc. per egressionem virtualem, neg. min. p. Solutio hæc patet ex priori.

§. III.

24. Proponuntur et resolvuntur Argumenta illorum, qui timentur ipsam essentiam divinam formaliter consistere in virtute intellectuali, seu in gradu radicaliter intellectuali.

Argumentum 1^{um}. Perfectior est essentia, quæ plura in se continet predicata seu attributa essentialia, quam quæ pauciora; prout patet in essentia hominis, quæ ob hanc rationem et causam est perfectior essentia bruti. Atqui gradus radicaliter intellectualis continet in se plura predicata essentialia; cum sit gradus inferior, gradus autem inferior continent gradus superiores, ut videre est in predicamento substantie. Ergo p.

Resp. Ad. Licet gradus radicaliter intellectualis contineat plura predicata essentialia seu gradus, ut ajunt, essendi; plures tamen radicaliter continet ipsa essentia: nam si quæritur, in Deo actu illimitate intelligat, bene responde-

Inst. Quod est primum, quod in natura concipitur, etiam est illius
distinctivum. Atqui vis intelligendi est primum, quod in natu-
ra divina concipitur. Ergo p. Maj. facile conceditur. Min. prob.
Id est primum, quod in natura divina concipitur, quod illi ma-
gis est proprium. Atqui Deo nihil est magis proprium, quam vi-
ta intellectualis. Ergo p.

Resp. ad 1^{um} Dist. min. Atqui vis intelligendi est primum,
quod in natura divina concipitur, pro supposita Absentate, conc.
Seus, neg. min. Ad 2^{um} Dist. maj. Id est primum,
quod in natura divina concipitur, quod illi magis est proprium
tanquam primo differentiale tum intra tum extra lineam
naturae intellectualis, conc. Seus, neg. maj. p.

26. Argumentum 3^{ium} S. Thomas, 1.2. q. 110. a. 4. in 6. docet, quod gra-
tia sanctificans sit participatio naturae divinae exprimens illam
in aliquo predicato formali, prout sup. 5.5. dicens. Atque gra-
tia sanctificans eatenus participat naturam divinam, quate-
nus exprimit virtuales radices videndi Deum, ut est in 6.
Atqui ratio virtualis radices videndi Deum est ipsa prima virtus
intellectiva, seu, ut ajunt, intellectualitas radicalis. Ergo p.

Resp. R. h. Quod gratia sanctificans non solum exprimat virtua-
lem radicem videndi, sed etiam amandi Deum. Atqui amor
Dei pro suo principio formali non habet ipsam virtutem intel-
lectivam, ut constat, Ergo ea non exprimitur a gratia sanc-
tificante; sed potius ipsum esse divinum, quod est prima radix
amoris ac visionis beatificae.

27. Argumentum 4^{um} Idem S. Thomas 1. p. q. 14. a. 8. dicit et
probat scientiam Dei esse causam rerum; quia esse divinum est
suum intelligere. Atqui haec ratio nullius esset momenti, si id
de sola identitate reali intelligeretur. Ergo p. Min. prob. Inve-
niam etiam relationes et cetera attributa sunt idem realiter cum
essentia divina; et tamen ex hac identitate non colligitur,
quod relationes et attributa in divinis sint rerum causa.

Resp. ad 1^o. Si hoc argumentum quidquam vinceret, proba-
ret potius pro actuali intellectione quam radicali; siquidem
scientia Dei in actuali cognitione consistit. unde nihil
facit ad rem presentem.

Resp. 2^o. S. Thomam hoc idem dixisse, non velut indicare
voluisset intelligere divinum esse formaliter ipsam divinam
essentiam; sed tantum ut offerret rationem, cur intelli-
gere divinum sit efficax, non vero intelligere creatum;
seu ut ostenderet efficaciam intellectus divini, qua non con-
venit intellectui creato; fertur enim iste in suum obiectum
tantum in esse intelligibili, non vero in esse entitativo; ex
inde provenire, quod intelligere, seu, si mavis, intellectus sit
idem realiter cum essentia divina, adeoque perfectissimus,
et efficacissimus, ita quidem, ut habens adjunctam volun-
tatem effectivam extra producat, quod interior concipit; quod
intellectui creato certe non convenit, ut jam diximus, et
hoc ob ejus limitationem.

Proponuntur et resolvuntur Argumenta
eorum, qui ipsam essentiam divinam in ipsa infi-
nitate reponunt.

Argumentum; num. Quod est distinctivum ipsius essentia divi-
na, illud etiam est ejus ratio formalis. Sed infinitas est distine-
tivum ipsius essentia divina; per hanc enim distinguitur ab
omni alio. Ergo p.

Resp. ad. Dist. maj. Quod est primarium distinctivum ipsius
essentia divina, illud etiam est ejus ratio formalis, con. Quod
est tantum distinctivum consequentive, scilicet ad ejus Asser-
tatem, neg. maj. p. vel aliter Dist. maj. Quod est dis-
tinctivum ipsius essentia divina tanquam ratio specifica et primo
differentialis, est formalis ratio ejus essentia, con. tanquam modus
illi proprius et alio incommunicabilis, neg. maj. p. Ratio infi-
nitas non importat nisi modum naturae divinae, quia infinitas
se habet respectu Dei, sicut finitas respectu creaturae. Atque creatu-
ra finitas non est natura, sed modus naturae. Ergo et infinitas
in Deo.

Inst. 1^o. Infinitas est radix omnium illorum, quae dicuntur
de Deo; quia omnia quaecumque dicuntur de Deo, ideo dicuntur,
quia est infinitus et illimitatus. Ergo non tantum consequenti-
ve, sed etiam formaliter est distinctivum ipsius essentia
divina.

Resp. neg. ant. unum. sua probat. Cum enim nihil sit infinitum
in perfectione, nisi quod est à se; jam non ipsa infinitas, sed po-
tius Asseritas erit radix omnium perfectionum divinarum.

Inst. 2^o. Sine infinitate non intelligitur Asseritas. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Sine infinitate non intelligitur ipsa Asseritas
consequentive, con. formaliter et constitutive, neg. ant. p.

Argumentum 2^{um} Primum et formale constitutivum 29.
illius, quod nihil majus cogitari potest, necessario est ipsa
infinitas, cum sine illa hoc ipso tale non sit, quod nihil ma-
jus cogitari potest. Atque essentia divina est id, quod
nihil majus cogitari potest. Ergo p.

Resp. ad. neg. maj. ad rationem adjunctam Resp. cum
distinctione: Sine infinitate tale non est nec datur radica-
liter et constitutive, neg. consequentive, trans. fatendum ita-
que est, quod si essentia divina non esset infinita, hoc ipso
non esset id, quod majus cogitari nequit; hoc tamen non pro-
bat, quod infinitas sit ratio formalis constitutiva essentia;
alioquin quodlibet attributum divinum etiam esset ratio
formalis constitutiva essentia divina: nam e.g. sine Sapi-
entia ipsa essentia divina non est id, quod nihil majus cogitari
potest. Ergo ipsa Sapiencia erit formaliter ipsa essentia. Sane
pessima illatio. Igitur ex hoc argumento solum sequitur,
quod ipsa infinitas secundum nostrum concipiendi modum ip-
sam essentiam consequentive, non vero constitutive ac forma-

5. 68 p 22

liter afficiat.

Inst. 1^o. Ipsa infinitas est ratio à priori, quod essentia sit actus purus; ideo enim essentia continet omnes perfectiones; quia est ens infinitum. Atqui essentia est essentialiter actus purus. Ergo infinitas non tantum consequitur, sed etiam formaliter ipsam essentiam afficit.

Resp. Dist. maj. Infinitas est ratio à priori, p. presupposita essentia, conc. Secus, neg. maj. Si enim quæras cur Deus sit ens infinitum, tunc hujus ratio redditur ratio, cum responderetur, quia est ens à se.

Inst. 2^o. Ergo essentia divina non erit essentialiter infinita, si ejus essentia in infinitate formaliter non consistat.

Resp. 1^o Dist. Ergo essentia divina non erit essentialiter, id est, identice infinita, neg. Non erit essentialiter, id est, formaliter et secundum suum primò differentiale, conc.

Resp. 2^o neg. hanc leg. ut enim Deus per se primò et essentialiter dici possit infinitus, sufficit, quod infinitas, ut modus nature divine, in eà transcendentaliter imbibita sit.

30. Argumentum 3^o trium. Ens infinite perfectum debet includere in hō conceptu quidditativo omnes perfectiones simpliciter simplices. Atqui natura divina est infinite perfecta. Ergo debet essentialiter includere unumquodque omnium perfectionum, ac primum constitui per infinitatem.

7 Col. p. 23
Resp. ad 1^o Neg. maj. Quia si essentia divina in hō conceptu formali includeret omnes perfectiones, tunc attributa divina non distinguerentur virtualiter ab essentia divina.

Resp. 2^o Dist. maj. Ens infinite perfectum debet includere omnes perfectiones explicitè vel implicitè, conc. Explicitè, neg. maj. p.

Inst. 1^o Ens infinite perfectum debet continere in hō conceptu omnes perfectiones simpliciter simplices perfectissimo modo. Atqui perfectius est eas explicitè continere, quam solum implicitè. Ergo p.

Resp. Dist. maj. debet continere perfectissimo modo possibili, conc. Impossibili, neg. maj. Ratio hanc continentia explicitè possibilis non est; si enim perfectiones simpliciter simplices in essentia conceptu continerentur ac valuerent explicitè, tunc tolleretur distinctio virtualis, et sic predicata contradictoria salvari non possent.

Inst. 2^o. SS. Patres docent, quod nomen Qui est ideo sit Deo maxime proprium, quia imbibit totam essentia, seu, ut ajunt, essendi perfectionem seu unumquodque omnium perfectionum. Ergo p.

Resp. 1^o SS. Patres loqui de imbibitione seu continentia radicali, id est, quod nomen Qui est seu Assitas sit radix omnis perfectionis; non verò de continentia formali, quasi nimirum ipsa essentia esset formaliter bonitas, justitia, p.

Resp. 2^o Dist. aut. SS. Patres docent, quod nomen Qui est, ideo sit Deo maxime proprium, quia imbibit totam perfectio-

nem essentia, seu ut apud, essendi secundum conceptum implicitum, conc. secundum conceptum explicitum, neg. aut. et cons.

§. V.

31.

Proponuntur ac solvuntur argumenta, quibus demonstrari videtur rationem formalem constitutivam divinae essentiae seu naturae in essentia omnino reponendam esse.

Not. Qui essentiam statunt pro primo constitutivo metaphysico essentiae divinae, sumunt essentiam adaequatam, prout nimirum importat non tantum negationem causae effectivae, sed etiam negationem radii ac principii producentis. hoc praenotato ponitur

Argumentum; num. Desumptum ex eo, quod haec sententia magis videtur esse de mente tum S. Scripturae, tum S. Patrum: Nobis namque, ut bene ait S. Hilarius, non aliter de Deo loquendum est, quam ut ipse ad intelligentiam nostram locutus est, ac etiam loquuntur S. Patres. Atqui S. Scriptura imprimis videtur huic sententiae favere: nam Exod. 3. Deus Moysi interroganti quis esset, respondit: Ego sum qui sum; sic dicitur filius Israel, qui est misit me ad vos. quo loquendi modo non solum constitutivum divinae essentiae, verum etiam distinctivum ab omni alio, in quo ratio formalis aliujus rei consistit, designatur. Inde est, quod Job, ad ostendendam in Deo summam hanc entis necessitatem ac plenitudinem dicit: Ipse solus est. Job. 22.

Videtur etiam haec sententia esse de mente S. Patrum. S. Justinus in Exhort. ad Graecos. Deus, inquit, opus esse non duxit, ut se aliquo nomine designaret, solus et unus existens.

S. Hilarius l. 1. de Trin. ad haec verba Exod. Ego sum qui sum, sic loquitur: Admiratus sum plane tam absolutam de Deo significationem, quo natura divina incomprehensibilem cognitionem aptissime ad intelligentiam humanam homone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo, quam esse, intelligitur; quia id ipsum quod est, neque desinentis est aliquando neque coepti. Et in Gal. 2. Ipse est, inquit, qui quod est, non aliunde est: in se se est, secum est, ad se est, suus sibi est, et ipse sibi omnia est.

S. Ambrosius in Gal. 4. exponens citata verba Exod. Cognoscens, ait, mentem ejus Deus, non respondit nomen, sed negotium: hoc est, rem expressit, non appellationem, dicens: Ego sum qui sum; quia nihil tam proprium Dei, quam semper esse.

S. Hieronymus Epit. ad Damas. 57. num. 14. haec scribit: Una est Dei et sola natura, quae verè est: id enim, quod subsistit, non habet aliunde, sed suum est; cetera, quae creata sunt, etiam si videntur esse, non sunt; quia aliquando non fuerunt; et potest rursus non esse, quoniam fuit: Deus solus, qui aeternus est, hoc est, qui ordinem non habet, essentiae nomen verè tenet; idcirco et ad Moysen de rubo loquitur: Ego sum qui sum.

8 Col. p. 24.

S. Augustinus in Mal. 134. sic loquitur: Tanquam solus sit, dicit, Ego sum qui sum, et dices filius Israël: cui est misit me ad vos. Non dicit Dominus Deus ille omnipotens, misericors, justus: quod si diceret, utique vera diceret. Sublati de medio omnibus, quibus appellari possent et dici Deus, ipsum esse se vocari respondit: et tanquam hoc esset ei nomen; hoc dices eis, inquit, cui est misit me.

S. Joannes Damascenus lib. 1. orthod. fed. c. 12. Ex omnibus, inquit, nominibus, quae Deo tribuuntur, nullum aequè proprium videtur, atque Entis nomen: quemadmodum ipsemet, cum Moysi in monte oracula ederet, ait: Dixi filius Israël, qui est, misit me. Universum enim id, quod est, tanquam immensum quoddam et infinitum essentiae pelagus complexu suo continet.

Denique S. Bernardus, ut alios praetermittamus, lib. 9. de consid. c. 6. Cui est? inquit, non tantum occurrit melius, quam Cui est. Hoc ipse voluit de se responderi, hoc docuit, dicente Moysi ad populum, ipso quidem injungente: Cui est, misit me ad vos. Marto quidem... si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quidquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est, Est. Nempe hoc est ei esse, quod haec omnia esse, si et centum talia addas, non recepisti ab esse, si ea dixeris nihil addidisti, si non dixeris, nihil minuísti.

Resp. ad. Quando S. Scriptura et SS. Patres expriment Dei essentiam per verbum Esse, seu per rationem Entis per essentiam, loquentur de eâ in sensu lato sumto, quatenus, nempe habet rationem Entis transcendens omnes perfectiones divinas, Denique considerant ut eius increatum, et prout a creaturis distinguitur, non verò prout est radix divinarum attributorum, atque ab eis virtualiter distinguitur.

Et sic etiam respondendum est ad auctoritatem S. Thome, cum passim docet, quod Esse sit essentia seu quidditas Dei, et 1. p. q. 13. a. 11. quando aperit, Nomen cui est propriissimum esse inter omnia divina nomina.

Attamen adducti S. Scriptura et SS. Patrum textus, videntur amplius quid innuere, quam hae responsiones contentant aduersarij, nempe essentiam esse primarium essentiale attributum divinae naturae, p.

33. Argumentum 2. Dum ut aliquid sit ratio formalis constitutiva alius rei, tria in eo reperiri debent: 1. in unum, ut nihil aliud se prius supponat, adeoque sit primum in se. 2. Dum ut cetera in eo fluant. 3. tum ut illi rei sit proprium. Atqui haec tria reperiuntur in Abscitate. Ergo p. Max. facile admittitur. Min. prob. 1. quidem in Dei naturâ nihil concipitur, quod prius sit Ente à se, adeoque illud primum est, quod in eâ intelligitur; et certè alioquin Abscitas desineret esse independens perfecta et omnimoda, quandoquidem ab alia perfectione tanquam à radice fluere conciperetur. 2. Entis à se est in Deo fons et origo omnium, quae in Deo reperiuntur; quod enim à se ipso habet existere seu esse, habet necessariò omnes perfectiones, quae sequuntur ipsam substantiam; sicut si creatura per impossibile sibi suum esse dedisset, tunc eo ipso etiam om-

P.D. p. 25

nes omnino perfectiones sibi dedit; qui enim sibi dat majus, dat et sibi minus, si illius capax sit. 3^o Eius à se, ut potè creaturis incommunicabile est maxime proprium Deo, ut patet ex S. Thoma supra cit. q. 13. aliisque SS. Patribus.

Resp. ad. 1^o quod quamvis prima dua conditiones in Assitate reperiantur, quod tamen absolute non conceditur, quin potius contrarium in precedentibus SS. ostensum est; Attamen certum est, quod hæc tertia deficiat; quia quod proprium est alijus rei, ita ei debet esse proprium, ut per illud distinguatur ab omni non se. Atqui Assitas non distinguit essentiam divinam ab omni non se, eo quod in omni attributo, persona, et in omni eo, quod divinum est, invenitur. Ergo.

Verum cogeri potest, hoc quidem verum esse, si Assitas inadæquate hincatur; falsum vero, si ipsa spectetur adæquate; siquidem cetera attributa divina ita sunt à se, ut tamen non habeant independentiam ab aliis, tanquam à radice seu fundamento, cum ab essentia eorum à radice fluant; unde eis non convenit Assitas adæquate sumta.

Argumentum 3^o tunc Gratia sanctificans est formalis participatio natura divina, ut adversarii communiter docent. Ergo per id formalitas constituitur natura divina, quod participatur à gratia sanctificante. Atqui gratia participat solum esse divinum, non intellectivum sive radicalem, sive actuale, aut infinitatem, per ergo.

Resp. ad. 1^o Argumentum istud nimium probare: probat enim, quod gratia sanctificans sit participatio omnimodè dei independentia; nam Assitas nihil aliud est, quam omnimoda dei independentia et tota Entis plenitudo, quod absque absurdo dici non potest. Facile quidem conceditur, quod gratia sanctificans sit participatio esse divini seu natura divina; sed an essentia seu natura divina ita sit in Assitate hoc argumentò non probatur.

Resp. 2^o Intellexit divinum et infinitatem merito posse dici à gratia participari: 1^o quidem, infinitas radicalis, cum sit radix attributorum hoc ipso exprimit ipsam naturam seu essentiam divinam, et sic participatur à gratia sanctificante.

2^o Intellexit divinum saltam radicale, eo quod diversa omnia inadæquate sibi absciscat, ratione quorum potest à diversis perfectionibus creatis participari; sic prout habet rationem naturam et radium operationum intellectualium, exprimitur à gratia. Vid. Sup. S. 3. arg. 3.

Argumentum 4^o tunc Esse à se est ultima actualitas essentia divina, cum in linea essendi non detur ulterior actualitas, quam esse. Atqui ultima actualitas, que nec se nec ratione distinguitur ab essentia, rectè assignatur pro ratione formali illius; sic quia rationalitas est ultima satis essentia hominis, nec se, nec ratione differens ab eà, idè pro eius ratione formali merito habetur.

Resp. ad. 1^o neg. maj. Quia quamvis esse sit ultimus actus

2. Col. p. 26.

in toto genere Entis, non est tamen ultimus actus sub conceptu essen-
tia per modum actus primi, presuppositivè ad actum existentia:

esse enim, ut ait S. Thomas consequitur formam.
Verum hæc responsio non videtur satis solida, quia licet in
creatis locum habere possit, neutiquam autem in divinis locum ha-
bere potest; nam essentia divina nequit se habere per modum
actus primi presuppositivè ad actum existentia, sed quòd sic ar-
gueret potentialitatem.

Resp. igitur 2^o neg. min. Inia, inquit, actus essendi distin-
guitur per rationem ab essentia, siquidem diversis conceptibus,
saltem inadæquatis, exprimi possunt.

Inst. actus essendi in Deo, seu ratio Entis per essentiam est id,
quod primò concipitur in Deo, prout constituitur in se et differt
ab omni alio. Utque id, quòd in quolibet re primò concipitur
cui constitutionum et distinctivum ab omni alio, est ipsius
essentia. Ergò ratio Entis per essentiam seu à se est proprie
essentia Dei.

Maj. prob. Inia quòd Deus sit Ens à se est ratio
à priori omnium proprietatum ac perfectionum ipsius. Ergò
essentia divina per rationem Entis à se non solum distinguitur
à creaturis, verum etiam à suis attributis, sed quòd ea eà dima-
nent tanquam ex ratione à priori omnium illorum.

Resp. neg. maj. intellectum de distinctivè ab omni alio predi-
cato seu attributò in Deo; nam per rationem Entis Deus non
distinguitur ab attributis, ut jam dictum est. Ad ejus pro-
bationem neg. ant. Quòd tamen sic probari potest.

1^o In S. Maximo Martyre ad lib. de divinis nomin. c. 9. ubi sic ait:
In hoc enim sicut Entis divini per essentiam: primò statim
invisibilem mens, intendit ac cogitat ipsum esse; deinde sic quodam-
modò ita considerat.

2^o In S. Bernardo loc. sup. cit. ubi
Neque enim, inquit, aliunde bonus, quam unde magnus; neque
aliunde justus, aut sapiens, quam unde magnus et bonus; nec
denique simul hæc omnia est, quam unde Deus; et hoc est,
quia non est ab alio, quam à se ipso.

3^o In S. Thomà, qui
1. p. 1. q. 3. usque ad 10. singillatim probat omnia, quæ de Deo for-
maliter dicuntur, non analia ratione ei convenire, quam
quòd sit Ens à se. 4^o Denique ratione, quia hoc ipso, quòd
Deus sit Ens per essentiam seu imparticipatum, caret omni li-
mitatione in ratione Entis, ac pròinde claudit in se omnia
predicata divina, et ea in hæc avertatem resolvuntur; hinc,
si quæras, cur Deus sit infinitus, æternus, immutabilis, p. alia
quæ attributa sibi identificat? rectè respondebitur; quia est
Ens à se.

Resp. ad S. Maximum per ipsum esse non intelligere rationem
Entis à se ut provenientem omnes gradus speciales Dei; sed totam
essendi plenitudinem, prout minorum absque mentione aliqua
claudit formaliter omnia, quæ in Deo reperuntur; quando enim
Deum concipimus, ordinariè concipimus id, quòd majus cogitari non
potest, qui conceptus importat omnem omnino perfectionem; tum
verò primò unamquamque in particulari considerare ordinariè.

Mens item S. Bernardi alia non fuit, quam quod Deus non habeat
aliunde seu ab alio principio suas perfectiones, sed omnes à se ipso,
sicut habet esse à se ipso. In quo totum inferri potest Aritatem
esse quandam rationem omnibus attributis communem; non
vero rationem à priori omnium illorum.

S. Thomas vero non probat omnes perfectiones divinas ex eo, quod
Deus habeat actum essendi à se, sed ex eo, quod sua essentia et
natura sit sua substantia, et realiter identificetur cum actu
existentia: in illis enim locis plerumque loquitur de esse sub-
stante, ut ea legenti patet.

Ratio denique adjuncta est minus convincens; si quod claudere
in se omnem perfectionem Entis conveniat Deo in conceptu sum-
to, prout videlicet in se importat tum essentiam, tum attribe-
ta; adeoque hae plenitudinis Entis, que videtur esse for-
maliter ipsa Aritas, non potest esse ratio formalis essentia
divina, prout distinguitur virtualiter à suis attributis.

Quando autem aperitur, quod ex Aritate inferantur cetera
attributa, atque in eam referantur.
Resp. Verum quidem esse id, sed per quandam illationem
quantitat logicam; quemadmodum ex eo, quod congeries om-
nium perfectionum in Deo continetur, bene inferatur, quod
Deus sit justus, sapiens, p. quod tamen non arguit rationem
à priori; enimvero perfectiones illae non radicanter in hujus-
modi congerie.

At omnes haec responsiones et solutiones non videntur satis so-
lida; quia necessitas existendi ita inabitur in conceptu forma-
li divina essentia, ut se quidem per mentem possit ab ea praes-
senti, prout docet S. Thomas. Et certe alioquin essentia praes-
supponetur per modum actus primi ad actum existendi, quod
importat compositionem et potentialitatem; sic enim essen-
tia divina ad actum essendi, quantum ad conceptum explicitum
comparatur, ut perfectibilis ad perfectum.

Argumentum Entis Essentia divina secundum se debet per 36.
fectior esse aliis omnibus ab ea dimanantibus, cum sit fon-
talis plenitudo illarum. Ergo debet formaliter consistere in
radicatio omnium perfectissimò. Subs. Atqui ratio Entis
à se est omnium rerum, quae de Deo radicanter, perfectissi-
ma. Ergo p. Prob. Subs. i. Quia ens per essentiam tan-
quam radix, sive ratio à priori aliarum perfectionum debet
esse realitas omnium perfectissima. Accedit auctori-
tas S. Dionysii lib. de divin. nom. ubi, Merito, inquit, princi-
palius omnibus aliis tanquam Ens Deus ex dono ceteris omni-
bis suis donis antiquiore celebratur.

Resp. ad. Dist. cons. debet consistere in predicato omnium
perfectissimò in ratione essentia et prima radice proprietatum,
cons. debet consistere in predicato omnium perfectissimò ex eo,
quod totam essentiam Entis plenitudinem ambiat, neg. cons.

Solutio patere videtur ex dictis. Ad nos autem sita est...
 ...
 Ad rationem vero adjectam neg. ant. Quia ea predi-
 catio transcendente, seu communis eorum, qua constituntur ve-
 rum essentias, non recte infertur predicatum minus patens
 magisque particulare ac determinatum; sicut ex animalita-
 te non recte infertur rationalitas. Cum igitur ratio Entis sit
 predicatum transcendens, non recte ex ea, tanquam ex ratione
 a priori, inferuntur cetera attributa, puta Sapientia, Bonitas,
 &c. Ad auctoritatem S. Dionysii, seu Auctoris libri de
 Divinis nominibus, quicumque ille sit, Resp. Quod ipse nihil
 aliud voluerit, nisi quod ratio Entis sit secundum nostrum in-
 telligendi modum prior omnibus aliis perfectionibus; non ta-
 men predicatum virtualiter distinctum ab aliis, sed tanquam
 quid eis commune, distinctum tamen ab omni Ente creato.
 Verum hoc responsione seu solutione adductum Argumentum
 & tum ventiquam anevvari videtur. Argumentum enim hoc
 loquitur de Assitate adaequata sumta; responsio vero spectat
 Assitatem inadaequate tantum sumtam, prout nimis im-
 portat solam causa effectricis negationem.

37. Argumentum 6. tum Si Assitas non est gradus constitui-
 tus seu differentia essentialis et primaria essentia divina;
 tunc vel est intelligere Divinum seu intellectus Divina, vel
 infinitas. Atqui nec intelligere Divinum, nec infinitas
 possunt esse gradus iste constitutivi, p. Ergo p. Maj. est
 adversariorum. Min. prob. 1.º de intellectu seu intelli-
 gere Divino. Intelligere Divinum (sive actuale, sive radica-
 le, non potest esse prius, quam ratio veri et intelligibilis.
 Ergo non potest esse ipsa Dei essentia, aut illius primaria et
 essentialis differentia. Ant. patet; quia aliis est
 prius quam suum objectum, quod implicat. Cob. cons. In-
 telligibilitas supponit ex natura rei entitatem, cum ad illum
 sequatur tanquam ejus affectio. Ergo talis intelligibilitas, qua-
 lis est Divina, supponit ex natura rei talem entitatem, nem-
 pe Divinam essentiam in suo esse constitutam; Ergo p. Pa-
 tetia intellectus sive radicalis, sive actualis, quomodocumque
 spectetur, ab Assitate adaequata sumta tanquam a prima
 non est, eo ipso derivet esse independentia perfecta et om-
 ninoda; quandoquidem ab alia priori perfectione perfecta et om-
 ni a radice fluere coniperetur. Unde constat videtur, quod
 nec et vero imitantur fundamentis, solida sunt et sufficienter
 convincunt; essentiam radicali Divinam non posse forma-

4. 68. 28.

liter consistere in ipsa intellectione live radicali, live actuali; id quod hae presupponat Aseitatem, à qua fluat necesse est.

Resp. Ad. Naturam divinam non constitui per intelligere sub conceptu operationis, sed tantum sub conceptu ultima actualitatis per se subsistentis in genere intellectuali.

Sed contra est; quia implicat conipere, quod intelligere possit procedendi à ratione operationis; enimvero intelligere actuale non est aliud, quam percipere objectum, illud representare, illud actu attingere. Deinde intellectus, prout est ultimus actus naturae intellectualis, vel distinguitur formaliter à ratione operationis, vel non: Si distinguitur; ergo intellectus non erit perfectissima et actualissima; siquidem coniperetur casus ratione operationis sibi propria. Si non distinguitur formaliter ab operatione; ergo nec ab ea procedit.

Prob. eadem nam quoad infinitatem. Vel infinitas hui sumitur materialiter, sicut pro complexione omnium perfectionum, et tunc non est gradus formaliter constitutivus divinae naturae; tunc quia infinitas huiusmodi non est specialis quaedam ratio primi constitutiva; tunc quia non potest dici ratio à priori, ex qua caetera fluant. Vel sumitur formaliter, seu pro infinitate formali. atque sic sumta, cum rationem habeat modi, non potest dici primum constitutivum divinae essentiae; modus enim supponit essentiam constitutivam. Praeterea hae infinitas probari potest per independentiam; Eadè quippe Deus dicitur in omni perfectionis genere infinitus; quia est Deus necessarium et independentem. Vel denique infinitas sumitur radicaliter, seu pro infinitate radicali, in quantum unum est exigiva omnium perfectionum, ac prout importat omnimodam independentiam. Atque sic non videtur distinguere ab Aseitate; nam Aseitas non est nisi perfectissima huiusmodi entis necessitas et independentia; unde de huiusmodi infinitate eodem modo sentiendum est, ac de Aseitate.

Quamobrem advertendum est, quod omnia responsa ad argumenta priori s. addita solummodo impugnent infinitatem aut materiale aut formalem, eamque merito excludant à ratione formali constitutiva essentiae divinae. Verum quia primum argumentum ibidem adductum cum his instantius potius de infinitate radicali, quam formali vel materiali, loqui videtur; hinc responsa ibi adjecta non adeo ad rem et propositum esse videntur. modo ad haec solvenda sunt objectiones, quibus citius videtur, Aseitatem non esse de ratione formali essentiae divinae.

Ob. 1.º Prima ratio formalis constitutiva divinae essentiae 38 debet esse aliquid positivum. Atque Aseitas est quid negativum. Resp. Magis videtur certa; nam Aseitas, ut iam dictum, nihil aliud est, quam quadam independentia ab alio. Magis etiam patet; quia Deus reale positivum, non potest constitui per

s. Q. p. 29.

Ens merè negativum, p.

Resp. Dist. maj. Prima ratio formalis constitutiva divina natura non potest esse aliquid negativum, tam ratione ejus, quod importat in obliquo, quam quod importat in recto, concl. ratione ejus solum, quod importat in obliquo, neg. maj. et Dist. min. Atqui Aseitas est quid negativum ratione ejus, quod importat in obliquo, trans. min. ratione ejus, quod importat in recto, neg. min. ations. Licet itaque Aseitas secundum obliquum dicat negationem dependentem ab alio, considerata tamen secundum id, quod dicit in recto, seu ratione rei significata est maxime quid positivum, etenim sub hoc respectu Entis quaedam necessitas ac plenitudo: uno verbo Ens perfectissimum, quo nihil melius cogitari potest, et à quo cetera omnia dimanant. Præterea, ut advertunt SS. Patres, longe melius exprimitur divina essentia per negationem, quam per affirmationem. Deus ineffabilis est, inquit S. Augustinus in Epist. 35. facilius dicitur quid non sit, quam quid sit.

Just. 1.º Si nomine Aseitatis intelligatur Entis necessitas ac plenitudo, jam illa à nobis non consideratur ut specialis ratio; sed potius ut communis, seu ut omnis perfectio. Atqui hoc non concordat cum iis, quæ dicta sunt S. precedenti. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Si nomine Aseitatis intelligatur Entis necessitas et plenitudo, erit omnis perfectio explicitè seu formaliter, neg. radicaliter, concl. maj. p. Quando itaque dicitur, quod Aseitas seu independentia sit quaedam Entis necessitas ac plenitudo, sic non est intelligendum, quasi in hoc conceptu formali, saltem relatè ad nostrum intellectum, omnes complecteretur perfectiones; sed tantum quod sit radix, fons, ac principium omnium eorum, quæ de Deo dicuntur.

Just. 2.º Actus explicitè continere omnes perfectiones est melius ac perfectius, quam eas tantum radicaliter continere. Ergo, cum essentia divina in eo, quod perfectissimum est, constitutur; sequitur, quod Aseitas illius constitutivum formale esse nequeat.

Resp. Dist. cons. Sequitur, quod Aseitas illius constitutivum esse nequeat, si essentia divina sumatur metaphysicè, et pro eo, quod est prima ratio Deitatis, neg. si sumatur physicè, et secundum suam totam plenitudinem formalem, subdist. Non potest esse constitutivum totale, concl. partiale et primarium, neg. cons. Hac obiectio videtur esse contra statum questionis. Quæritur enim hic, quanam sit ratio seu perfectio primaria essentia divina metaphysicè sumpta (non autem physicè considerata): à qua cetera disfluant: et assignamus Aseitatem, eo quod ea sit fons omnium perfectionum, ut hactenus probatum est, p.

Just. 3.º Aseitas est gradus communis. Ergo ab ea tanquam à speciali ratione cetera fluere nequeunt.

6. pp 30

Resp. Huius argumenti iam satisfactum esse priori d. Satis enim, Aseitatem seu independentiam, inaduate hunc pro pro negatione causa effectivis, esse gradum communem, utpote divinis attributis ac relationibus proprium. At negatur, quod haec Aseitas hunc pro negatione vel principii et originis, vel radicis seu cause virtualis eis competat: relationes enim, ut scilicet, ac Spiritus hunc ab aliis tanquam a principio et origine; attributa vero hunc ab aliis seu radice, aut causa virtuali, nempe ab ipsa Aseitate. Ergo p.

Inst. 4. Aseitas illa omnimoda convenit etiam gradibus genericis, qui hunc in Deo; puta gradibus Entis, Substantiae; hi enim important Aseitatem aduate hunc. Ergo Aseitas aduate hunc non est ratio specialis essentiae divinae.

Resp. neg. cons. Gradus enim Entis et Substantiae hunc ipsa formaliter essentia; divina quippe natura, ut manifestum est, est formaliter hunc ac Substantia, et proinde necesse est, ut Aseitas formaliter imbibatur in ratione Entis ac Substantiae; non tamen ita in aliis divinis perfectionibus, quae virtualiter saltem distinguuntur ab essentia divina.

Ob. 2. Ratio formalis divina essentia debet ei competere, 39. qui veri Deus est. Atqui Aseitas omnimoda non competit ei omni, qui Deus est; Filius enim et Spiritus Sanctus hunc veri Deus, et tamen eis non competit illa Aseitas, cum Filius sit a Patre, et Spiritus Sanctus a Patre et Filio, tanquam a principio producta. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Debet ei competere identica, qui veri Deus est, conc. formaliter, subdist. ratione ipsius essentiae, conc. ratione ipsius personalitatis, neg. maj. Nam alioquin inter essentiam divinam et personas non daretur distinctio virtualis.

Inst. 1. Essentia divina, quae est in Filio, est a Patre tanquam a principio; hunc essentia, quae est in Spiritu S. est a Patre et Filio. Ergo essentia divina tam perfectam Aseitatem non habet in Filio et Spiritu S. hunc in Patre. Atqui hoc est absurdum; quia sequeretur Patrem esse perfectiorem aliis personis. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Essentia divina quae est in Filio est a Patre per communicationem, conc. per productionem, neg. ant. In divinis enim sola persona producit, hunc et sola producit, adeoque Filius in ratione essentiae eandem Aseitatem habet ac Pater; licet fatendum sit, quod in ratione personalitatis non habeat Aseitatem, prout hoc negat originem seu principium ab aliis, alioquin Filius non esset. Itaque Pater est principium Filium in ratione persona, non tamen in ratione essentiae; essentia enim Dei est omnino improduta.

Inst. 2. Pater a SS. Patribus nuncupatur fons, origo, caput, et radix divinitatis. Ergo certe respectu essentiae divinae principii rationem sibi vindicat.

Divina
ius quod
ratione
min. alij
in illis
in. stia
orem de
quod dicit
positi-
pitas ac
l. malis
t. fa.
itur d.
oriam.
lus dia
fita, et
s. ratio
qui ha
Ergo p.
Entis
a form
dicitur
essentia
repta
com-
ac
res et
linea
a est
irum p.
torem
quid et
physic
subdit
et prin
tatione
hunc posse
on aut
gnam
nem, et
nyquam

Resp. S. Patres aliud significare nolle, nisi quod Deus Pater sit principium sine principio, cujus solius est totam naturam communicare aliis personis; nam quamvis filius etiam Spiritui S. naturam communicet, non tamen cum Patre communicat; e contra Pater utrique, Filio nempe ac Spiritui S. illam communicat.

40. Ob. 3^o. Sicut se habet esse ab alio, seu, ut barbarè loquamur, Abalietas ad essentiam alius creaturae, sic se habet Aseitas ad essentiam divinam. Atqui esse ab alio seu Abalietas se ita habet ad essentiam alius creaturae, ut eius ratio formalis non sit. Ergo nec ipsa Aseitas respectu essentiae divinae.

7 Col. 31

Resp. neg. maj. Nam abalietas nullatenus facit unum differre ab altero; non enim differt homo à quacunque alia creatura per hoc, quod sit ab alio: at vero Deus differt à quocunque alio per hoc, quod sit Deus à se. Prorsus Abalietas sequitur totam naturam in suo esse physico constitutam, non sic Aseitas.

Inst. Sicuti Abalietas est modus naturae, sic etiam Aseitas. Atqui modus naturae non constituit naturam, sed eam ut constitutam supponit. Ergo p.

Resp. 1^o Dist. maj. Aseitas est modus nominatus, con. ratione si significata, neg. maj. p. Solutio haec patet ex resp. ad 1^{am} objectionem.

Resp. 2^o Dist. iterum maj. Aseitas est modus respectu essentiae divinae, sicuti esse ab alio seu Abalietas respectu naturae creatae, neg. aliter, trans. maj. p. Potest itaque in aliquo sensu concedi, quod Aseitas sit modus essendi, si nempe per hunc modum essendi intelligatur gradus primò constitutivus essentiae divinae; per hunc enim essendi modum differt essentia à quocunque alio. Et talis modus essendi est etiam ipsa rationalitas in homine; unde sicuti haec est prima ratio formalis essentiae hominis, sic et Aseitas essentiae divinae. Cetera vid. in Theolog. cit. loc.

41. Denique hui notandum volumus, circa sententias et opiniones de gradu constitutivo seu differentia essentiali et primaria essentiae divinae praecedentibus S. S. hisse propositas id nostrò iudicij forma venire, quod in multis aliis ejusmodi questionibus et controversiis factitari solet; ubi scilicet Doctores sibi in opinionibus oppositi se se ita oppugnant, quin tamen intentum suum assequantur; eo quod quisque illorum sententiam suam in alio sensu teneatur, quam ab alio impugnetur. Sic

1^o Qui Aseitatem statunt pro primò constitutivo metaphysico essentiae divinae, sumunt Aseitatem adaequatè, prout minimè importat non tantum negationem causa effectivae, sed etiam negationem radis, ac principii producentis. Qui scilicet importat solum negationem vera causa effectivae, prout sub quo respectu procul dubio convenit Aseitas etiam attributis.

2^o Qui ipsum intelligere divinum pro formali constitutivo ipsius essentiae divinae repraesentant, non sumunt intelligere divinum sub conceptu seu formalitate operationis; sub qua tamen impu-

gnatur ab Adversariis; sed Sumunt illud sub conceptu formali ul-
tima actualitatis completa et per se Subsistentis in genere intel-
lectuali; quamvis, ut non obscure indicavimus, haec distinctio gra-
tis conficta videatur.

3^o Qui stant pro Infinitate, eam non Sumunt in sensu formali
aut materiali, quo tamen ab Adversariis à ratione formali
divina essentia subditur: sed Sumunt eam in sensu radicali;
quo sensu eam ab Aseitate distinguere non videri aperiimus.

Exercitatio III.

42.

De Distinctione, qua inter essentiam divinam,
ejus attributa, ac Relationes intercedit.

ad ~~capitulum~~ partem I. Tractatus de Deo Uno et Trino n. 25. et c. 3. p. 2.
Capitulum II. n. 392. Tom. 2.

Variis circa hanc materiam emersere errores. 1^o enim refert
Augustinus Niphus in Metaph. disp. 13. refert Qualterum quem-
dam distinctionem realem inter essentiam divinam ac ejus attri-
buta admisisse; neque propterea quidquam divina simplicitati
derogatum in arbitrabatur; ratus ad veram compositionem re-
quiri, ut unum extremum se habeat per modum actus, et al-
terum per modum potentiae.

868 p 32

2^o Gilbertus Borretanus Episcopus Britanniensis, vir in dia- 43.
lectiis versatissimus, cum in publico quodam Ecclesia sua con-
silio dixisset, Divinitatem non esse Deum sed formam, qua
Deus est; necnon in quibusdam ad Boetium de Trinitate
commentariis scripsisset, divinam essentiam esse substanti-
am, qua Deus est, non quo Deus est; atque multa alia pre-
ter communem hominum morem protulisset, ut ait Otto
Frisingensis lib. 1. de gestis Frederici I. Imperatoris c. 48. à Jus-
tus Ecclesia Britanniensis Archidiaconus Arnaldus et Calone,
quibus se adjunxit S. Bernardus, ad Romanum Pontificem
Eugenium III. in Gallias tunc temporis, hoc est, circa medium
saeculi XII. iter dirigentem delatus est, et erroris postulatus.

Causa ejus primo in Concilio Barisiensi an. 1147. presidente
ipsum Summo Pontifice Eugenio III. agitata est; ubi au-
dacter asseruit Gilbertus: Patrem alio esse Patrem alio Deum,
nec tamen esse hoc et hoc. Verum cum haec et plura alia ma-
gnâ subtilitate proferebat, rei difficultate ac obscuritate per-
motus Summus Pontifex, a quo bonique consuluit causa hu-
jus ventilationem ad Concilium Rhemis anno sequenti ce-
lebrandum remittere. Anno itaque 1148. Rhemis decem
provinciarum Episcoporum preside eodem Summo Pontifice
Eugenio III. cogitur Concilium. Ibi causam suam orsus Gilber-
tus, opinionem suam, adductis in medium quamplurimis
SS. Patrum testimoniis corroborare nitentur et allaborabat.
Cui Summus Pontifex: Multa dicis, frater, multa, et ea,
qua fortassis à nobis non intelliguntur legi factis: sed simpli-
ter à te cognoscere velim, anne illam summam essenti-